Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Grammatica

[Straßburg], [um 1495/97]

Iste homo [...]

urn:nbn:de:bsz:31-289396

Visual Library

tes ⁊ plato currunt. ibi coniunctio intranſitiue conſtruitur
neqꝫ hoc eſt contra regulam. quia regula intelligitur de con-
ſtructione coniunctionis cuꝫ ſuis coniungibilibus ſcđm ſe
et nõ per reſpectum ad aliud. ſcꝫ ad verbum. Qualis eſt ipſa.
Congrua. Scđm quam regulam. Coniunctio copulatiua
vel diſiunctiua copulans dictiones caſuales. debet coniun
gere ſiles caſus añ ⁊ poſt. Quãta eſt ipſa. Imperfecta. vt ſup.

Albus homo Eſt conſtructio. Que vocatur ipſa
Adiectiui cum ſuo ſubſtantiuo.
Que eſt ipſa. Intranſitiua perſonarum. Unde hoc. Diffini
tione ⁊ regula. Quomodo diffinitione. quia ibi non fit tran
ſitio ſuper obliquum. et neutrum conſtructibile ſignificat ac
tum. Quomodo regula. quia adiectiuum non partitiuum ſi
ue nominale ſiue pronominale ſiue participiale cuꝫ ſuo ſub
ſtantiuo conſtructum facit conſtructionem intranſitiuam
perſonarum. Unde verſus. Adiec. cũ ſubſtãs. perſonarum
facit intrans. Item dicendum eſt de conſtructionibus ap-
poſitorialibus. vt animal homo. Marcus tullius. Qualis
eſt ipſa. Congrua. Scđm quam regulam. Omne adiectiuũ
ſiue ſit nominale ſiue pnominale ſiue participiale debet con
uenire cũ ſuo ſubſtantiuo in genere. numero. ⁊ in caſu. Quã
ta eſt ipſa. Imperfecta. quia imperfectum ſenſum denotat
in animo auditoris.

Iſte homo Eſt conſtructio. Que vocatur ipſa. Cõ
ſtructio demonſtratiui cum ſuo demon
ſtrabili. Que eſt ipſa. Intranſitiua perſonarum. Qualis eſt
ipſa. Congrua. Scđm quam regulam. Demonſtratiuum ⁊
ſuum demonſtrabile debent conuenire in genere numero et
in caſu. Quanta eſt ipſa. Imperfecta. qꝛ imperfectum. ⁊c.

Sortes currit qui mouetur. Eſt cõſtructio. Que
vocatur ipſa. Relatiui cum ſuo an
tecedente. Que eſt ipſa. Intranſitiua perſonaꝝ. Unde hoc
ſcitur. Diffinitione et regula. Quomodo diffinitione quia
ibi non fit tranſitio. ⁊c. Quomodo regula. quia relatiuũ cuꝫ
ſuo antecedente conſtructum facit conſtructionem intranſi
tiuam perſonarum. Verſus. Intrans perſona fit cum pre-
cedente relatum. Qualis eſt ipſa. Congrua. Scđm quaꝫ re
gulam. Relatiuum ⁊ ſuum antecedens debent conuenire in